

se, serio prohibere, ac severè punire velle, perspicuè testantur, Exod. 20. Psal. 5. & 11. Zach. 8. &c.

2. Hactenus igitur sententiæ nostræ non malè congruunt: si quidem in solis verbis hæreamus. Inter quas tamen re ipsa plurimùm interesse, postea suo loco clarè liquebit, quando ad ipsam divinæ permissionis descriptionem veniemus. Hanc enim tu, cum aliis quibusdam Docto-

ribus nostris, revera in (6) effectivam, sive energeticam, Dei voluntatem men efficacem, latè sumto transformas: per quam, scilicet, Deus homines ad peccandum inevitabile vocabulo. Neq; enim doceo, Deum permittendo efficere peccatum: sed doceo, quum Deus permittit peccatum, fieri aliter non posse quin nimè tribuendam puto: quippe quam & justitiæ, & sapientiæ, & bonitati divinæ, planè repugnare; adeoque toti Religioni contrariam, sive omnino veræ pietati pestiferam esse firmissimè credo: prout (7) infra, cum Deo, facile probabitur. Ubi & illud pleniùs exponetur, voluntatem Dei

(8) veram in ipsa quidem permissione, (9) non autem in re permissa, hoc est, in ipso peccato, efficaciter occupari: nec proinde ex eo, quod Deus peccata fieri permittit, ipsum hæc fieri velle, ullatenus concludendum esse.

6) Non effectivam, sed tam efficacem, latè sumto

vocabulo. Neq; enim doceo, Deum permittendo efficere

peccatum: sed doceo, quum Deus permittit peccatum,

fieri aliter non posse quin

nimè tribuendam puto: quippe quam & justitiæ, & sapientiæ, & bonita-

fiat peccatum.

7) Eò igitur differam re-

sponsionem.

8) An igitur statuis volun-

tatem aliquam Dei non

veram?

9) At quomodo ista duo

possunt divelli, quum sint

relata?

## SECTIO VII.

*Iterum de voluntate Dei conditionata, &c.*

### NOTA PISCATORIS.

Pag. 61. Thes. 23. & 24. Hic rursum stabilitur voluntas Dei conditionalis, & desiderium. Vide supra notas ad pag. 58.

### RESPONSIORUM STYLUS.

#### NOTÆ PISCATORIS.

1) Sed non rectè intellectu.

2) Notetur igitur.

3) Nempe propriè dictum.

Quum nihil hic à te novi afferatur, remitto & ego Lectorem ad ea, quæ supra pro voluntate Dei conditionata, proque ejusdem vero desiderio, in negotio nostræ salutis, ex ipso Dei (1) verbo disserui. Tantum moneo, ut hæc utraque mea thesis, quam hic allegas, ac perstringis, non modo seorsim per se diligenter consideretur; sed & cum iis, quæ supra disputata sunt, quæque in notis meis amplius exposui, sedulò conferatur.

Ita veritas earum clarè satis elucefcet. Interim (2) notatu dignum est, te nec voluntatem conditionalem, nec (3) desiderium in Deo revera ullum agnoscere.

## SECTIO